III. Tertia[1] Gangrensis, quae post Nicenam[2] legitur fuisse, in qua patres XVI[3] statuerunt canones XX[4] propter quasdam[5] necessitates ecclesiasticas maxime contra Eustasium[6], qui dicebat, quod nullus in coniugali gradu positus[7] nec ullus[8] fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quae possideret, spem ad Deum[9] haberet et multa alia[10] venenosa, quae enumerare longum est.

IIII. Quarta[1] Sardicensis, in qua patres LX[2] statuerunt canones XXI, quorum auctor[3] maxime Osius Cordubensis episcopus et Vincentius[4] Capuanus episcopus et[5] Ianuarius Beneventanus et Calepodius Neapolitanus[6] sanctae Romanae ecclesiae legati[7] extiterunt.

V. Quinta Antiochena[1], in qua patres XXX statuerunt canones XXV, quorum auctor maxime Eusebius[2] Palaestinensis[3] episcopus extitit[4].

VI. Sexta Laodicensis[1], in qua patres XXII statuerunt canones LVIII[2], quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit.

VII. Septima Cartaginensis[1], in qua patres CCXVIII[2] statuerunt canones XXIII[3], quorum auctor[4] maxime Aurelius Cartaginensis episcopus[5] extitit. Etiam et[6] sanctus[7] Augustinus Ipponensis[8] episcopus in eadem synodo[9] legitur fuisse temporibus Honorii Augusti.

VIII. Octava Africana[1] sub Theodosio[2] minore Augusto, in qua patres CCXIIII[3] recitaverunt et firmaverunt canones CV, qui[4] per diversa concilia Africanae[5] provinciae[6] temporibus Aurelii Cartaginensis episcopi leguntur esse conscripti.

III. 1) 'Zertia' 4. 2) 'Niceam' 2, 'Nicaenam' Ach. II. 3) Fehlt 2, 'XVII' 7. 4) 'XXI' 6. 5) 'quasdem' 6. 6) 'Eustachium' 6. 7) 'coniug. ordine possitus' 6. 8) 'ullis' 2, 'nullus' ('n' dann getilgt) 4. 9) 'apud Deum' 3, 'ad Dominum' 7, 'apud Dominum' 6. 10) 'alia ei ven.' 2.

IIII. 1) 'Quarta vero Sard.' DEG. 2) 'XL' 6. 3) 'author' 6. 4) 'Vinc. Cap. ep.' fehlt Ach. II. 5) 'et' fehlt 3. 6) 'Ianuarius — Neapolitanus' fehlt 3. 5. 6. 7) 'legatus' 6, 'legatarius' 3. 5.

V. 1) 'Antiocena' 7, 'Antiochenae' 1, Ach. II, 'Antiocenae' 2. 4, übergeschrieben 'ī enceniis' 4 (vgl. Hefele I[1] p. 483). 2) 'Eusepius' corr. 'b' 4. 3) 'Palestinensis' 3. 4. 6. 7. 4) 'fuit' 4.

VI. 1) 'Laudicensis' 1. 2. 7. 2) 'LVIIII' 3, 'XLVIIII' 6, 'LXXVIII' H.

VII. 1) 'Carthaginensis' 2. 5. 6 (desgl. im folg.). 2) 'CCXVII' 3. 5, 'CCVIII' 7, 'CCXXVIII' F. 3) 'XXXIII' 3. 5. 6. 7, 'XXIV' EG. 4) 'autor' 4. 5) 'Aur. ep. Cart.' 4, 'Aur. extitit Eusebius Carthag. episcopus et etiam ....' EG. 6) 'et' fehlt 2. 3. 6. 7, Ach. II, 'et etiam' D. 7) Fehlt 1. 3. 8) 'Ipponiensis' 3, 'Hiponensis' 5, 'Hipponensis' 6, 'Yponensis' 7; 'Aug. ep. Ipp.' 3. 5. 6. 9) 'sinodo' 4. 7.

VIII. 1) 'Affricana' 4, 'Africanae' Ach. II. 2) 'Teodosio' 2. 3) 'CCXXIV' 7, 'CCXXVIII' CF, 'CCXXIX' H. 4) 'CX, quod' EG. 5) 'Africane' 6, 'Affricanae' 4. 6) 'provintiae' 2. 4.